

Receptio in protectionem regi:
am civium Gedanensium infrascri:
ptorum, qui à factione Luterano:
rum Gedanensium non erant tuti,
quibus non adhaerebant.

150

Sigismundus Dei gratia rex Polon:
niae etc: Significamus tenore presenti:
um quibus expedit universis, quia nos
famatum N. civem nostrum Gedanen:
sem, cum uxore, liberis ac familia, bo:
nisque ipsius omnibus mobilibus et
immobilibus, ob eius erga nos, et rem:
publicam regni nostri fidem et meri:
ta, in nostram protectionem regiam sus:
cepimus, et harum seriè literarum sus:
cepimus, hinc ad voluntatis nostrae be:
neplacitum, ita ut ipse hae nostra pro:
tectione fretus, possit unà cum uxore
ac liberis predictis, bonisque suis omni:
bus, liberè, seure, et absque cuiusvis
hominis impetitione ac molestia, in
civitate nostra Gedanensi, inque terris
nostris Prussia, et universo regno Po:
lonia, et magno nostro Ducatu Lithva:
nia, manere, mercari, et negotia sua
quaeunque, per se aut factores vel fa:
miliares suos exercere, et ubi ei libu:
erit ire, ac rursus redire, persona,

bonis:

bonisque ipsius ac uxoris et liberorum
eius predictorum sub nostra protectione
salvis permanentibus, et ut census quos
habet in civitate nostra Gedanensi, et aliis
as ubilibet libere percipiat, eosque ne-
mo illi retinere aut arrestare audeat.
Eximimus preterea illum, ac uxorem
et liberos eius prefatos, auctoritate no-
stra regia, legibus et plebisuitis dicte
civitatis nostre Gedanensis, ac aliarum
civitatum terrarum nostrarum Prussiae,
regnique Poloniae, et magni ducatus
nostri Lithvanie quarumcunque, in con-
trarium non obstantibus, ab omnium
officialium nostrorum, et iudicum quo-
rumcunque potestate, et omni impedi-
mento, ita ut in causis quibuscunque,
quantacunque importantie fuerint, cor-
ram nemine illorum, nisi coram nobis
ipsis, vel coram commissariis nostris
comparere et respondere teneantur, ne-
moque illum propterea contumacem di-
cere, vel ad iudicium quodcunque aliud,
quam nostrum regium vocare audeat,
exceptis tamen creditoribus si quos ha-
bet, vel interim habere illum contigerit,
quibus dantaxat pro debito in iure, et
coram iudice competenti respondere sit
adstrictus. Eundemque etiam N. cum ipsa
uxore et liberis, bonisque ipsius omnibus,

757
ab omni arresto, personæ vel personis quibus-
cunque, concessio vel concedendo, liberum
immunemque facimus, ita ut nemo sub-
ditorum nostrorum, cuiuscunque status
et conditionis existat, illum vel bona
sua, aut uxorem, liberos, et servitores
ipsius, tam in regno nostro, inque ter-
ris Prussiae, quam in magno Ducatu
Lithuaniae, mercaturas vel negotia que-
cunque alia eorum, interea arrestare,
seu aliquo alio impedimento afficere
audeat.

Quapropter vobis omnibus dignita-
tis, officialibus, ac aliis subditis nostris
quibuscunque, in regno et terris nostris
Prussiae, inque magno Ducatu nostro Li-
thuaniae, presertim vero in civitate nos-
tra Gedanensi predicta constitutis, di-
strictè præcipientes mandamus, quatenus
hanc nostram securitatem et protectio-
nem, in quam N. præfatum recepimus, nul-
la in parte infringere, seu cavillis ali-
quibus submovere, aut illi quovis pacto
derogare audeatis, sed illam in omnibus
eius clausulis et articulis firmiter et in-
violabiliter observetis, et observari faci-
tis, eidemque ipsi N. ac suis omnibus,
nullam vim seu molestiam inferre au-
deatis, sub pena decem millium floren-
rum Hungaricorum, et gravissima in-

digna:

indignatione nostra. Sic et non aliter
facturi. Harum etc: Cracovia 1525.

Hoc exemplo literæ sunt data civi-
bus infrascriptis.

Henrico Visse
Mathie Lange
Ulrico Huxer
Deleardo Brandis
Reynoldo Telstete
Eduardo Nidderhoff
Georgio Scheyer
Ioanni Tutinek
Iacobo Ablechagen
Erhardo von Lempen
Ebrehardo Veyge
Michaeli Kostler
Michaeli Baronsus
Georgio Baroff.
Gerhardo Onerman
Iacobo Hoffener
Iacobo melman
Laurentio Stulce
Ioanni Angemunde
Ioanni Abtesthagen
Laurentio Hodk
Ioanni Krohow
Ioanni von Verden
Ioanni Forste

Ambrosio Storme
Georgio Storme fratribus
Georgio Branth proconsuli.
Heningo Izum
Gaspari Eberth.
Philippo Angermunde
Ioanni Stulce
Andree von Vasser
Hermanno German cum fratribus
Gaspari Memel
Henrico Friderich
Hermanno Goldberg
Michaeli Thile
Petro Krestler.
Arnoldo de Schelinge
Laurentio Friber
Mathie Cimerman
Hermanno Bremer
Iacobo Campe
Ioanni Konrad
Ioanni Fischer
Hermanno Gisse
Georgio Schembe
Henrico Boll.

et aliis multis.